



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

78 Emphiteusis non datur, nisi interveniente scriptura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

aliter l. 1, C. de jur. emphit. Specul. de 82. Quo casu tibi præjudicatur in dominio  
emphit. num. 5, lib. 4, par. 3, Clar. sentent.  
lib. 4, §, emphiteusis, queſt. 4, in princ.  
Alex. conf. 112, num. 4, lib. 1, Ias. dictat.  
num. 11, & melius enim 61. vers. contra-  
riam partem, ubi testatur quod ita com-  
muniter tenetur, idem tenet gloss. in cap.  
1, 8, postquam ver. in scriptis, ubi plures 83.  
casus enumerantur, in quibus requiritur  
scriptura de consil. in 6, & pluribus modis  
emphiteusis conceditur.

79 Primo, t dando aliquid à principio  
concedenti, ut puta centum, vel ducen-  
tum aureos, aut aliam summam, & po-  
stea modicam pensionem annuam con-  
stituendo in recognitionem potius direc-  
tori dominij, quam fructuum percipiendio  
compensationem, Bar. in l. in princ.  
& ibi Ias. nu. 1, C. de jur. emphit. & Ale-  
xand. dicto conf. 112, n. 3, vers. 6, quia, 84.  
80 quæ emphiteusis t hoc modo concessa  
semper erit laicalis, quia prohibita est  
bonorum ecclesiasticorum distractio,  
tam ex antiquorum canonum dispositio-  
ne, ut cap. sine exceptione, & cap. non li-  
seat Papa, ubi etiam Archid. 12, queſtio-  
ne 2, quam per extravag. ambitiosæ, de  
reb. eccles. non alien. & concil. Trid. in  
cap. 11, de reform. sif 22.

81 Secundo, t emphiteuticus contractus  
tacite plenariaque celebratur cum pater-  
familias dubitat, substantiam suam ma-  
ximo labore, aut aliis ab ipso, vel suis  
primogenitoribus partam, liberos brevi  
tempore consumpturos, qui, ut quan-  
tum in eo est, posteritati consulatur,  
confitetur, & se recognoscit rem propriā  
scienter ab ecclesiæ Prælato in emphiteu-  
sim perpetuam habere, tenere, & de di-  
recto ipsius ecclesiæ dominio possidere.

suo, Batt. in l. si aliquam rem, nam, 92  
ff. de acquir. possess. & in l. cum falsa, nu. 1,  
& 7, C. de jur. & fact. ignor. lib. 4, par. 3,  
& in l. ad probationem, nu. 13, C. eod. tit.  
& post alios, quos citat Ias. in dicta l. 2,  
num. 177, C. de jur. emphit.

Hoc enim modo t pater providet de-  
scendentibus, ne filii possint diæ bona  
in præjudicium descendantium alienare:  
imò, nec, si delinquerent, possint ea-  
dem bona publicare, sed apud filios &  
nepotes debent perpetuè remanere. Batt.  
in l. eum, qui, nu. 3, ff. de interd. & relig.  
Ias. in eadem l. 2, nu. 13, ver. addo quod,  
C. de jur. emphiteu. & hæc est magis  
communis opinio, de qua post plures  
ibi citatos testatur Alexand. in conf. 23,  
num. 4, lib. 1, & cons. 89, in princ. lib. 4.

Tertio, t dando prædium sterile ei,  
qui illud vult reducere ad culturam, vel  
aream, super quæ fabricare intendit, &  
in recognitionem directori dominij, quid  
minimum, puta unum, aut duos denarios  
annis singulis directo domino persolvit,  
ut per Spec. de loc. & emph. lib. 4. par.  
3, §. nunc aliqua, num. 3, & 9.

Et conceditur emphiteusis aliquando  
in perpetuum, quandoque ad tempus,  
cum pacto de renovando, & interdum  
ad tertiam generationem, Specul. eodem  
§. nunc aliqua, num. 5. vers. item quando-  
que contrahitur. Bald. in l. 2, num. 9, C.  
de jur. emphit. & Ias. in l. 1 num. 6. & l.  
2, num. 166, eod. tit. & regulariter t quan-  
do emphiteusis conceditur ad tertiam  
generationem, in prima generatione  
computatur persona ipsis acquirentis,  
qui facit primam, filius secundam, & ne-  
pos ex filio tertiam, ut per Bald. in auth.

fi